Piętka Woinowne **Reformat**

Coram officio et Actis praesentibus Castreñ Capitañ Bransceñ personaliter comparens Nobilis Petrus olim Joannis Piętka de Piętki Basie Districtus Drohyciensis inco. la sanus mente et corpore exns a foro suo proprio et iurisditione quauis compe. tenti recedendo et huic se incorporando palam ac libere recognouit. Quia Ttli Hedwigi filiae olim Joannis Woino de Woiny Wawrzyncze hris conti suae futu. rae in matrimonium desponsatae. Ratione vero dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hditate Piętki Basie et alibi vbiuis locorum consisteñ hditariorum obligatoriorum et alio quolibet iuris titulo se concerneñ nunc habitorum et in post fauente Diuina clementia habendorum summam veri dotalicij Quadraginta sexagenarum poloñ et addotalicij Decem se. xageñ poloñ inscribit assecurat et reformat dotalicia atq more et iure aliarum reformationum et dotaliciorum hoc in Regno Poloniae obseruari solitorum.

Piętka **Debitum**

Coram officio et Actis praesentibus Castreñ Capitanealibus Bransceñsibus personaliter comparens Nobilis Anna Ryszewska relicta olim Joannis Woino Gozdzik nomine suo et Ttlium Laurentij Andreae Alberti filiorum suorum minorennium a quibus de rato et grato pacem in forma iuris plenissima cauet sana mente et corpo. re exns palam publice libereq recognouit Quia Ttli Petro olim Joannis Pię. tka genero suo respectu dotis post Ttlem Hedwigim Woinowna filiam suam in matrimonium desponsatam certi veri et liquidi debiti viginti se. xagenas poloñ et vestem inferiorem ac Palandre Londyszowa et pelliceum agninum hinc et ab actu pnti pro Dominica Septuagesimae proxe futura soluere et extradere se de omnibus bonis cum posteris suis submittit ac inscribit. Sub Vadio simili aliarum viginti sexagenarum poloñ in casu non solutionis seu rerum praefatarum non extraditionis ad soluendum irremissibiliter succumbendo Et coram officio pnti Castrensi Capitaneali Bransceñsi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria responsione ac reali et effectiua satisfactione omnibus controuersijs exceptionibus allegationibus motionibus appellationibus Euasionibus simplicibus et iuratorijs vera vel simplici infirmitatibus alijsq omnibus in vniuersum iuris remedijs et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos succores vti abscribendo et abrenunciando sub amissione sui suorumq successorum totius et integrae causae.